

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IV. Electio non est impossibilium

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA III.

Voluntas est impossibilem.

REGULA IV.

Electio non est impossibilem.

I. ἡ προαίρεσις μὴ γὰρ ὅσα ἐστὶ τῶ ἀδυνατῶν ἔστι
 πρὸς φαίνῃ προαίρεσις, δοκοῖν ἐν ἡλίθῃ εἶναι βέλγη-
 σις ὅτι τῶ ἀδυνατῶν, οἷον ἀθανασίας, ait Aristo-
 les III. Eth. cap. II. *Electio non est eorum, qua fieri
 non possunt, & si quis diceret, ea se praeligere, esse
 stolidus videretur: voluntas vero est eorum, qua fi-
 eri non possunt.*

II. Sciendum autem, bifariam dici posse, vo-
 luntatem esse impossibilem, primò ita, ut existi-
 mentur esse impossibilem; secundò, ut existimen-
 tur esse possibilem.

III. Nulla est difficultas de sensu secundo, de
 quo paucis inferius §. IX. In primo autem sensu
 res est controversa. Sunt, qui statuunt, impos-
 sibilem non esse voluntatem absolutam, esse ta-
 men conditionatam, quæ exprimitur non per
 verbum *volo*, sed per verbum *vellem*. Quæ sen-
 tentia est Capreoli II. d. IV. q. I. a. 3. ad argumen-
 ta contraria 2. concl. Fonseca IX. Metaphys. c. II.
 q. V. s. V. nec diversum videtur sentire Soncinas
 lib. cod. q. XVI.

IV. Probatur I.

Quidquid non cognoscitur ut bonum, id quo-
 que non appetitur.

Im-

Impossibile cognitum ut impossibile, non cognoscitur ut bonum.

E. non appetitur.

Majoris veritas constat *ex Reg. preced. Minor* probatur.

Quicquid non cognoscitur ut ens, non cognoscitur ut bonum.

Sed impossibile cognitum ut impossibile, non cognoscitur ut ens, quandoquidem impossibilia non habent rationem entis, sed sunt non entia.

E. non cognoscitur ut bonum.

V. II. Probatür: contradictoria objecta non possunt simul expeti, quia cum alterum destruat alterum, ipsum quoque velle hoc & non hoc seipsum destruit. Qui enim vult non hoc, non vult hoc. Impossibilia verò (quæ scilicet non per causas naturales tantum, sed simpliciter sunt impossibilia) aut sunt hoc & non hoc, aut ea includunt. Atque istis probari putant: eorum, quæ impossibilia sunt; non esse voluntatem absolutam.

VI. Quod autem impossibile voluntas sub conditione esse possit, inde probatur, quod hæc voluntas, cum non aliter explicetur, quam ita *vellem, si esset possibile*, non feratur super impossibile, nisi sub ratione possibilis, quia scilicet sub hac conditione fertur, si esset possibile, quamvis et ipsò etiã existimetur esse impossibile.

VII. Verùm nos cum Vatzqueziò *l. 2, Tom. I*

disp. XI
luntatis,
ditione,
sed quem
verbum
etiam esse
one, si es
nim null
plicemus
ctu est ad
verbum i
tem in vi
tellestu p
rem & in
rem, non
lus quoq
tate in p
matur pe
quem qu
rem, qui
quod esse
luntas q
num, qu
ut bonu
retur ut
tas vult
pereret
autè vell
sit in vo
conditio

disp. XLII. cap. III. statuimus nullum actum vo-
 luntatis, qui in praesenti eliciatur, esse sub con-
 ditione, ita ut explicari possit per verbum *vellem*
 sed quemlibet esse absolutum, & explicari per
 verbum *volo* praesentis indicativi, neque ullum
 etiam esse, qui feratur in objectum sub conditi-
 one, si esset possibile, aut, si esset bonum. Si e-
 nim nullus est actus in praesenti in visu, quem ex-
 plicemus per verbum *viderem*, neque in intell-
 ectu est actus in praesenti, quem explicemus per
 verbum *intelligerem*, sed omnem actum praesen-
 tem in visu explicamus per verbum *video*, & in in-
 tellectu per verbum *intelligo*: verba autem *vide-
 rem* & *intelligerem*, significant actum, quem habe-
 rem, non quem habeo, aut qui est in praesenti, nul-
 lus quoque datur actus conditionatus in volun-
 tate in praesenti elicitus, qui dicto modo expri-
 matur per verbum *vellem*. Si item actus videndi,
 quem quis in praesenti elicit, non fertur in colo-
 rem, qui esset, neque intellectus assentitur vero,
 quod esset verum, actu autem non est verum, vo-
 luntas quoque expetere aut persequi nequit bo-
 num, quod non est bonum, aut apprehenditur
 ut bonum, esset tamen bonum, aut apprehende-
 retur ut tale. Quare dicere non possumus, volun-
 tas vult hoc aut appetit hoc, si esset bonum, sed ap-
 peteret aut vellet hoc, si esset bonum. Per verbum
 autem *vellet* non denotatur actus, qui in praesenti
 sit in voluntate, sed qui alias esset, si talis adesset
 conditio.

IX. Nostram sententiam ut proponamus, præmunimus, duplicem esse voluntatem. Velle enim est in rem non secundum se tantum, sed ut acquirendam aut faciendam: unde etiam dicitur voluntas efficax; vel nascitur ex re secundum se, & sine ullâ cogitatione efficiendi vel consequendi illam, vocaturque propterea voluntas inefficax & simplicis complacentia.

IX. Jam ponimus sequentes conclusiones. I. *Impossibile, quæ existimantur esse possible, esse voluntas etiam efficax.* Nam non minus voluntas est boni apparentis, sive ejus, quod mentitur speciem boni, atque veri boni, sicut constat ex *Regul. præc. §. XV. & XVI.* E. æquè etiam est ejus, quod apparet, sive censetur possibile, licet non sit, atque ejus quod est reverâ possibile. Cùm igitur ejus, quod est reverâ possibile, sit voluntas efficax, ejus quoque sit necesse est, quod judicatur possibile, licet non sit.

X. *Concl. II. Impossibile, quæ existimantur esse impossible, non est voluntas efficax.* Qui enim in id, quod credit & scit nullâ ratione fieri aut acquiri posse, feratur tanquam acquirendum aut efficiendum?

XI. *Conclus. III. Impossibile, quæ existimantur esse impossible, non est electio.* Electio enim est eorum, quæ referuntur ad finem, & per quæ censetur finis posse acquiri, ex *c. II & III. L. III. Ethic. Nicomach.* sed sicut per ea, quæ impossible sunt, nihil potest effici aut acquiri, ita

nemo

nemo est
aut utorp
dum.

XI. C
esse impos
tingit, ut
sciat esse
sum aliq
Frequent
delectari
pliciter,
sanè res
delectati
in eò co

XIII.
esse, quo
hendi pe
Reg. præc.
impossib
cipi, ut b
peritus v
ficax, ut
tatem.

XIV.
attinet,
de cogn
riam in
hension
sine con
vorum

nemo ea, quæ impossibilius esse credit, referat, aut usurpet ad finem efficiendum aut acquirendum.

XII. Concl. VI. *Impossibile, quæ cognoscuntur esse impossibilia, est voluntas inefficax.* Ita contingit, ut mater filii defuncti vitam desideret, cum sciat esse impossibile. Et potest quis post commissum aliquod flagitium velle, se non peccasse. Frequenter etiam experimur, ait Vatzquetz, nos delectari in eo, quod nobis est impossibile simpliciter, ut nos in angelos aut aves converti, quæ sanè res cogitata aliquandò nostrum animum in delectatione detinet, ob aliquam commoditatem in eo consideratam.

XIII. Et ratio hujus conclusionis hæc videtur esse, quod ad voluntatem sufficit objectum apprehendi per modum boni, sicut constat ex iis, quæ Reg. præced. dicta sunt. Cum igitur etiam id, quod impossibile est, & tale esse censetur, possit concipi, ut bonum, poterit etiam ejus aliquis esse appetitus vel voluntas. Et cum non voluntas inefficax, ut probatum fuit, necesse est, esse inefficacem.

XIV. Argumenta s. VI. & V. proposita quod attinet, respondemus ad primum: Impossibile cognosci utens, ut possibile, ut bonum, bifariam intelligi potest: primò de simplici apprehensione, sive primâ mentis operatione, quæ est sine compositione & divisione, vel affirmatione

S

&

& negatione. & idem est, quod cognosci ad modum entis, ad modum possibilis aut boni, ita ut non affirmemus illud esse ens, possibile aut bonum; secundò de secundâ mentis operatione, quæ in compositione vel divisione consistit, & utrum de alterò affirmat vel negat, & idè est, quod cognosci impossibile esse ens, possibile, bonum. In posteriori modò est mendaciù vel falsitas, non autem in priori, sicut falsitas in eò non est, quod Deum apprehendimus tanquam rem corpoream, quia non affirmamus; nec judicamus, eum esse corporeum, sed tantùm eum ita apprehendimus. Quod si assereretur, eum esse corporeum, tùm mendacium esset. *Indivissibilem intellectus, ait Aristoteles III. de animat. 21. in his consistit, circa quæ falsitas non est. At in quibus falsitas jam & veritas inest, in hisce compositione quadam, jam est conceptuum intellectus, quæ ipsi sunt unum. Jam majorem, si h'c sit sentius: quidquid non cognoscitur ut bonum, ita ut nec affirmetur esse bonum, nec apprehendatur simplici mentis operatione ut bonum, id non appetitur, concedimus. Si autem major ita intelligatur: quicquid non cognoscitur esse bonum, id est, quod non affirmatur esse bonum, id non appetitur, negamus. Sufficere enim ad appetitum, objectum apprehendi ut bonum nec opus esse, ut affirmetur vel judicetur esse bonum, constat ex his, quæ diximus Reg. præo. Quantum ad minorem ejusq; probationem, impossibile cognitum ut*

impossibile
ut possibile
de cognitione
affirmatione
dentibus
bili, quæ
stimari a
nem. In
priori me
pudiamur
tur esse in
atur vel
bilis & b

XV.

tur: Quæ
gnoscitur
gatur ce
lit: Qui
gnoscitur
talo. C
esse existi
solum ex
esse pote
Bonum
XVI.
objecta
& non h
hoc, eur
us

impossibile, non cognoscitur ut bonum, ut ens, ut possibile, sciendum, in subiecto esse sermonem de cognitione posteriori modo, quæ sit per affirmationem. Loquimur enim de impossibili, quod affirmamus esse impossibile. Unde in precedentibus diximus, questionem esse de impossibili, quod existimatur esse impossibile. Existimari autem aliquid esse, importat affirmationem. Prædicatum si intelligatur de cognitione priori modo, propositionem tanquam falsam repudiamus. Hoc enim, quod aliquid iudicatur esse impossibile, non tollit id, quod concipiatur vel apprehendatur per modum entis, possibili & boni, sed ista se invicem admittunt.

XV. Quod ad stabiliendam minorem afferatur: *Quicquid non cognoscitur ut ens, id non cognoscitur ut bonum*, si etiam in prædicato intelligatur cognitio posteriori modo, ita ut sententia sit: *Quicquid non cognoscitur esse ens, id non cognoscitur esse bonum*, ne id fortassis satis firmo statuto. Qui enim sibi ipsis manus inferunt, non esse existimant sibi esse bonum; imò non esse non solum existimatur esse bonum, sed & alicui bonum esse potest. Pronunciat enim de Judæa Salvator: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.*

XVI. Ad secundum: Nego, contradictoria objecta non posse simul expeti. Nego, velle hoc & non hoc, seipsum destruere, & qui vult non hoc, eum non velle hoc. Possunt contradictoria

objecta, ut album & non album, v. g. nigrum, si-
mul videri; quidni ergo, & simul expeti possent.
Potest quis simul expetere chartam & calamum.
Is certè simul expetit hoc, nempe chartam, &
non hoc, nempe calamum, cum calamus non
sit charta. Contradictoriorum alterum destru-
it alterum. E. ipsum quoque velle hoc, & non
velle hoc, seipsum destruit. Nego consequen-
tiam, quoniam hoc & non hoc, ut album & non
album, sunt quidem contradictoria, sed velle
hoc, ut album, & velle non hoc, ut non album,
non sunt contradictoria, quemadmodum ambu-
lare & non ambulare, contradicentia sunt: sed
posse ambulare, & posse non ambulare, non sunt
contradicentia. Hæc expressè & de professò do-
cuit Aristoteles I. *Prior. c. ult.*

XVII. Dubitavit fortassis aliquis, quis ser-
vus sit propositionis Aristotelicæ, *volunt as est im-*
possibile? De impossibilibus ne cognitis ut im-
possibilia sunt, an ut possibile, loquatur? Re-
spondemus, loqui de iis, ut cognoscuntur esse
inter voluntatem & electionem constituit, quo
impossibilia. Id patet primò ex discrimine, quo
planè caderet, si sermo ipsi esset de impossibi-
libus ea ratione, quâ possibile esse cognoscuntur,
quia sic eorum non voluntas tantum, sed electio
etiam est. Quid enim si cui plura media ad finem
consequendum offerantur, quorum aliqua, in
possibilia, que tamen possibile, ipsi esse videt

antur, a
gat?

XIIX

X. L. II

rg) r ad

av Spaltr

un dyvo

dum ea

bis kom

nemo sc

Ap

Di

JOH

May

I Ta
I locc

antur, an non fieri possit, ut is unum ex illis eligat?

XIIX. Secundo id expressis verbis docuit c. X. L. II. Eudem, quando ait: βέλονται μὲν γὰρ ἕνια καὶ τὰ ἀδύατα ἐιδότες, οἷον βασιλεύειν τε πάντων ἀνθρώπων καὶ ἀθάνατον εἶναι, θεωρεῖται δὲ εἰς μὴ ἀγνοῶν ἢ ἀδύατον, i. e. volunt etiam interdum ea homines, quae impossibilia norunt, ut omnibus hominibus imperare, immortalem esse, id quod nemo sciens esse impossibile elegerit.

REGULA V.

Appetitus est soboles privationis.

Disputationum Philosophicarum.

UNDECIMA,

continens.

REGULAS VI.

circa doctrinam.

BONI ET MALI.

RESPONDENTE publicè

JOHANNE MORHAMMERO.

Leobschuzenfi Silesiæ.

REGULA I.

Majori bono opponitur majus malum.

I

Ita Alexander II. probl. c. XXXVI & exempli locò in I. Top. c. I. imò ipse Aristoteles XIX. Top.

S 3

Top.